

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Quomodo bracteolæ expoliantur. Cap. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)

ter saltem dealbando. Postremo singulæ perquirantur, si integræ fuerint, & ad perfectam tenuitatem redactæ, vnde si aliquæ adhuc solidiusculæ fuerint, possunt hærum malleo cedi, & extenuari. Hoc tamen diligenter admonendum, quod quum tenues fuerint, minus igni immoretur; nam illico liquecunt, & minus etiam in olla, quia salibus abroduntur. Demum forficibus resecantur, & in quadratam formam redigantur, ut sint operi accommodatores.

Quomodo bracteole expoliantur. CAP. XI.

IAM perfectas, & extenuatas tabellas expoliemus: sed instrumenta prius paremus oportet, quibus aptius expoliantur. Sumito Cypriæ æris lamellam pedalis longitudinis, latitudinis palmaris, quæ exquisitiissimè expoliatur, vt verè speculæ lauorem imitetur, hæc manibus, aut malleo incuruetur paulatim; ad semichyldri formam redigatur. Inde lignum ad eius formam torno conformabimus, vt ipsi ex æquo quadret, & conueniat, vt omni ex parte in suum connexum illam recipiat, & quatuor claviculis suis angulis affixis, immobili ligno inhæreat. Lignum hoc super scabellum firmetur, duobus columnis in capitibus affixis, pedalibus. Nunc ad expoliendum bracteolas accedamus. Lamellas iam prius attenuatas ita expoliemus: Cretam paratam habeas tenuissimam, hoc modo; contritam argillam in linteo, & modice raro in labellum dimitto, contineat, ligatam, huic atque illuc aquam immersito, vt tenuissima eius pars effluat, & unne sedimentum in linteo remaneat, inde nouam cretam reponito, in linteo agitato, & effundito, vt tota per linteū transeat, postea residere sines aquam, colis incernito, tantisper mutara aqua, & colata, dum grossiusculi nil sidat: demum linteo faucibus exceptuti vasis obento, laxius illigato, colamus, quo certiores simus nil nisi tenuius trâmissum, postea aquâ exprimus, & recôdimus. Argillam igitur hoc modo paratam super æs imponimus, atq; populneo ligno confricabimus, vt instar auri niteat, mox aqua lauamus, infra pa-

tuli oris vas iaceat, vt iniectam aquam recipiat. Hæmatitem lapidem postea paratum habeas, quem optime expolies super plumbeam lamellā, imposito smiti puluere, exquisitissime leuorē recipiet, & reas igitur lamellas super æs imponimus, ac sinistræ manus pollice distendimus, & argillā inducimus, inde affusa aqua lauamus, eamq; extergimus, vt sola aqua super æs sparsa glutinet eam. Tunc lapidem ligno firmatum manibus apprehendes, eaq; expolies, animaduertendo tamen, ne bræcola in rugas replicetur: nam eo modo de ea actum esset, sed quum immobilis non persistit, aquam proiecendo, residet, tantisper aquam proiecendo, expoliendoque, dum omni ex parte exæquatam, splendidamq; reddideris, vti speculum. Signum optimæ expoliturae erit, si vestigia transitus lapidis in ea non apparebunt. Ex ligno exemptam in fideliam aquæ plenam iniicias, dum aquæ omnes fuerint expolitæ: mox in linteum mundum explicantur, exiccanturq;, & in arculis reponuntur, vt omni ex parte puluis, vel fordes excludatur, sed curuentur filo religatae, in modum semicolumnæ, recipientes in concava sui parte polituram.

De constructione clibani pro gemmis colorandū.

C A P. XII.

NVNC docebimus quomodo colorentur, sed prius clibanum describamus, quo id opus exequi possit. Construatur igitur furnulus è ferreis lamellis, decentis spissitudinis, cuius altitudo pedalis, & diameter eiusdem longitudinis, à superioribus partibus circulari lamella operiatur: in culminis centro excidatur circulus palmaris, constituanturque alter furnulus eiusdem latitudinis, longitudinisq; , & foramen confodiatur ad ipsum usque, & commissurę solidentur. Inferior furnus iuxta terram tenui ostiolo perforetur, scilicet palmar, fornice exterius ducta semipedali, veluti præfurnium, eodemq; modo cum magno furno cōnectetur, consolideturq;. Tunc altero vase carbones accendantur, dum omnem fumum exhalent, & ferreis forficibus in param clibanum iniificantur, vt optime incandescat, & exterior